



**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 5. Eucharistiæ materia est panis triticeus, & vinum de vite.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

30. Et id ipsum confirmatur ex eo quod Christus non solum iussit accipere & manducare, sed etiam facere quod fecit, id est convertere & transubstantiare panem in corpus uuum, & vinum in sanguinem sicut ipse fecit (prout infra demonstrabitur;) hoc (inquam) iustit, cum dixit: *Hoc facite in meam commemorationem.* Atqui conversio & tra. substantatio panis in corpus Christi non est sumptio, nec usus corporis Christi, nec certe verba, quibus fit illa conversio, significant usum, sed aliquid permanens.

31. Quid plura? dato, non concessu quod verba objecta ex Matthaeo probent Christum dixisse, *hoc est corpus meum*, postquam accepit panem, deinde discipulis Iuis: (attem non probant Christum verba illa non dixisse, pri. quam illum discipuli manducarent. Nihil ergo faciunt ad intentum Adversariorum. Si enim Christus illa dixerit ante maledicacionem, tive ante uium & sumptionem, vere dixit. Verè ergo Christi corpus ibi fuit ante manducacionem, &c. Et nonne prius est illu quorem in calice esse, quam ex calice bibi. Jam petat Ilyricus à Chrysostomo (ad citatum Apo stoli locum), *quid est in calice?* quod (inquit) ex latere Christi fluxit, sanguis unicus Christi. Ergo Christi sanguis in calice est, proutquam ex calice bibitur.

32. Tertius id ipsum probatur ex perpetua Ecclesiæ praxi, quæ a temporibus Apostolorum, Eucharistiam sive in privatis domibus, sive in sc̄ris adib⁹, cetero assertavit, levigata adoravit, atque ad infinitum deculit, ut teles sunt vel ipsi antiquissima tares. Julianus Martyr. Apostol. 2 dicens: *Pot sacramenta peracta. Eucharistia conuenit deferriri ab absente.* Ireneus epist. ad Victorem (apud Eusebium l. 5. hist. c. 24.) *Eucharistiam ad alios missi.* Tertullianus l. 2 ad uxorem, dominum deportari. Cyprianus form. de lapsis narrat, multorem cum arcu suam, in qua Domini Sanctum fuit, manus indiges tentasse aperire, igne inde surgente fuisse desertum, ne auderet astigere. Aliud miraculum narrat ibidem Cyprianus: cum in os pueri & infantis, absentibus parentibus, Gentilis Magistratus, de vino sacrifici idolorum aliquid intrudisset, reverenterque parentibus, Diaconus vimum consecrauim de more, infundere vellet, recte ipsa calicemque rejecit; perficit tamen Diaconus, & relictuus licet, de Sacramento calicis infudit. Tunc sequitur singultus & vomitus: in corpore atque ore violato Eucharistie permanente non potuit, sanctificatus in Domini sanguine potus de polutis uisceribus erupit; tanta est potestas Domini, tanta maiestas. Dionylius Alexandrinus epist. ad Fabium Antioch. (apud Eusebium lib. 6. c. 36) narrat Sacerditem, pre aggritudine incedere non valentem, puer Eucharistie exiguum partem dedisse, precipiendo, ut eam indefactam in os seni Serapionis infundere. Basilius epist. 289. ad Caesarium Patriarchum, quoniam per tempora illa persecutorum cogebatur homines necessarii, Sacerdote, vel Ministro non presente, propriis manibus percipere communionem; non est nisi super vacuum, ut demoni em, illam rem non esse graviter & inique ferendam. Eo quod inveterata consuetudo hoc ipsius re ipsa confirmatum dederat. Nam & illi omnes, qui per eremos usum Monasticam instituerunt, ubi cocta non suppetit Sacerdotis, cum habeant domi communionem, de suis manibus illam percipiant. Alexandria autem & per Egyptum unusquisque etiam de plebe, insuperum habet domi sua communionem. Nam cum semel Sacerdos sacrificium peragat, & distribuat, qui seceperit illud integrum, & quotidie illa sumperire, quam a domine acceptat Sacerdos, credere debet... secundum sapientem. Nazarenus in laudem Gorgonie, sotoris tuæ, testatur, eam

intempestâ nocte ad altare procumbentem, ibi Christum in Eucharistia præsentem adorasse, statimque liberatam se à morbo sensisse. Cyrus Alexandrinus epist. ad Calofyrium: Aliquis esse audio, qui mysticam Eulogiam nihil ad sanctificationem juvare dicunt, si quid ex ea facta reliqui in aliud diem. Insaniant verè, qui haec assertunt (audient hereticos) neque enim alteratur Christus, neque sanctus eius corpus immutatur; sed benedictionis uis & facultas, & vivificantis gratia perpetua in illo existit.

At (inquit Calvinus) in eo Patres audiendi non iunt. Quia errant. At (iudicio Patrum) insaniunt Calvinus. Et reverè insanit, cum ipsis erroris arguit, in eo in quo testantur Ecclesiæ fidem & praxim sui temporis. Non aliud ipsis renuncrat & credidit, nisi quod Ecclesia tenuit & credidit, de cuius inter bilitate Christus nos certo fecit, dicens, quod portæ inferi non prævalebunt adversus eam.

Et quo (questio) argumento Lutherani & Calvinistis probant in eo errasse Patres, errasse Ecclesiæ? Non Scripturam afferunt in probationem, sed frigidum illud argumentum: reliqua Sacramenta in usu confitunt. Ignor & Eucharistia.

At quam frivolum sit, constat ex dictis n. 21. & 22. Itaque manifesta disparitatis ratio ex ipsis Sacramentorum formis colligitur. Aliorum quippe Sacramentorum forma, baptizo, confirmo, absolvō, &c. significant actionem, Eucharisti & verò forma, *hoc est corpus meum*, &c. rem significat fixam & permanentem. Aliorum forma, ea non efficiat, sed constituit. Verba verò confectionis efficiunt hoc Sacramentum, ab eoque prouide adaequatè distinguuntur.

## CAPUT V.

*Eucharistia materia est panis triticœ, & vi num de vite.*

Sic tradit Florentinum in instruct. Armen. Et initio a priori est voluntas Christi, non sic iniunxit contra ex Matth. 26. Marci 4. & Luc. 22 ubi Christus legitur ad hoc Sacramentum confidendum adhibuisse panem simpliciter dictum (id est triticum, ut Traditione semper invenit) & vinum eum simpliciter dictum. Quod fuisse vinum de vite Matthæi contextus manifestum facit: sequitur enim: *Dico autem vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis, &c.* Atqui Christus discipulis suis iussi ut facerent, quod ipse fecit: iussi ergo instituitque, ut hoc Sacramentum pariter conficerent ex pane triticœ, vinoque de vite.

Quodque Christus hoc Sacramentum conficerit ex pane triticœ, amplius ostenditur ex eo quod ad illud confidendum, uisu fuerit pane azymo, quo solo Iudei utebantur ad eum Agni Paschalis. Non est autem verisimile quod panis azymus, qui ad solemnum Paschale Fictum, & ad eum Agni Paschalis conficeretur, ex alia farina fuerit, quam triticea: cum vel ipsi panes proportionis (quibus præfiguratum fuit hoc Sacramentum) confici debuerint ex simili (id est flore albissime farinæ tritici) Levit 24. ratiisque omnino conveniens, ut ad confidendum nobilissimum Sacramentum, panis nobilior, puriorque, & inter alios panes magis uisualis adhiberetur. Quales est triticus: cum ali panes in hijs defactum introducti videantur.

Præterea iste panis magis confortat huncinem, & ita convenienter significat effectum hujus Sacramentum, alt. S. Thomas q. 74. a. 3.

Igitur nullus panis, nisi triticus, apta ad con-

- secundum* materia putandus est ( ait Catechismus Romanus p. 2. §. 12. ) hoc enim Apostolica Traditionis nos docuit, & Ecclesia Catholica authoritatem firmavit.
- 40 Cujus quidem Traditionis argumentum est, quod in Ecclesiis Lybiae (ubi triticum non crescit) cum ex malitia Diaboli subtraetum fuerit triticum, Ecclesiis illis a pannis Imperatoribus praeservatum (imprimis quidem, ut inculta ex ipso hostia offeratur: deinde ut... paneres aliquod mererentur solatium) neque terrible & inuenitum sacrificium celebratum est; neque peregrini pauperes hoc solatio fructu sunt, ut in Concilio Calcedonensi Ichthyridion Diaconus conquestus est act. 30.
- 41 De pane proinde triticeo sermo est in canone in Sacramento de Confite. dist. 2. cum dicitur: *In Sacramento corporis & sanguinis Domini, nul annus offeratur quam ipse Dominus tradidit, hoc est, panis & vimum aquae mixtum.* Sicut & can. cum omne crimen ibidem: evidens Evangelicae veritatis lumen luxit, quid, praefer panem, & vimum, aliud offere non licet.
- 42 Excludit proinde panis hordeaceus, quem nec simpliciter, sed cum addito panem dici, appetit ex Joan. 6. est puer unus hic habens quinque panes non simpliciter dictos, sed cum addito, hordeaceos.
- 43 Sed quid de pane ex filigine, seu fecali? Vafqucz, Pefantius & Palao, confent non esse triticum. Sed contra sentiunt S. Thomas q. 72. a. 3. ad 2. Victoria q. 55. de Euchar. Sotus in 4. dist. 9. q. un. a. 3. Bonacina disp. 4. c. 2. p. 1. Tannerius de Euchar. disp. 5. n. 88. & seqq. Layman 1. 3. tr. 4. c. 2. n. 2. Cum filigine panis simpliciter & absolute panis appelleretur, & ex semine tritici filio generetur. Siligo ergo vere triticum est, tam eti minus perfectum. Unde S. Thomas loco citato: *Si que fragmenta sunt (nota ly fragmenta, frumentum enim idem est quod triticum) que ex semine tritici generari possunt (sciat ex granis tritici seminato in malis terris generatur filio) ex tali fragmento panis confectus, potest esse materia hujus Sacramenti.*
- 44 Spelam tamen a tritico specie differre, S. Doctor inde probat, quod granum tritici, ubicumque, & quomodounque seminatum, nunquam proferat spelam, nec econtra. Sed alter Angelicus Doctor iortale cenuisset, si videlicet, quod refutatus Doctor noster, Joannes de Bacone in 1. dist. 8. in Anglia se videlicet testauit, spelam uique, quasi nihil a tritico differentem in ipsis carum formatione, in forma granorum, colore sapiente panis. Unde Alanus (apud ipsum) censet spelam esse tritici speciem. Spelam etiam Tannerius & Layman autem esse triticeum, seu frumentum, si non simile, scilicet latè dictum; atque hac ratione Tannerus n. 101. Suevorum Constantiensemque approbat morem, consecrandi in pane ex ipsa. Sed ego approbare non asum, eò quod sit materia dubia. Quod & de filigine sentio, eò quod non omnino convincens sit D. Thomae argumentum: cum (Plinio teste 1. 18. c. 8.) possit triticum tandem cuiam degenerare in avenam, & non solum in filiginem.
- 45 Quia vero admixtio aquae ad farinam est de substantia panis, arque adeo de necessitate hujus Sacramenti, S. Thomas q. 74. a. 7. ad 3. & Doctores communiter aiunt, quod si farina non admiscetur aqua naturalis, sed rosacea, vel alius liquor, ex tali pane non conficeretur Sacramentum. Contraria tamen opinio Alberti, Durandi, Pefantii, &c. quoad panem aqua rosaceam subactum, non caret probabilitate. Quia ex dictis I. 2. de materia Baptismi probable est aquam rosaceam specie non differre ab aqua naturali. Dicendum proinde
- Tom. III.
- cum rubrica Missalis Romani, ejusmodi panem esse materiam dubiam.
- Et quia modica permixtio (ui S. Thomas ait 46 q. 74. a. 3. ad 3.) non solvit speciem: quia id quod est modicum, absumentur à plurimo. Ideo si sit modica admixtio alterius frumenti ad multò maiorem quantitatem tritici, poterit exinde confici panis, qui est materia hujus Sacramenti. Si vero sit magna permixtio (pura ex aquo, vel quasi) talis permixtio speciem mutat, si non physicam, saltem moralem. Unde panis, exinde confectus, non erit debita materia hujus Sacramenti.
- Ex hoc Angelico principio consequens est, ho. 47 siam rubram ex farina triticea, cinnabaro permixta (quā litteras obfignare solemus) esse materiam validē confecrabilē, si mixtio cinnabari adeo modica sit (ut esse solit) ut tritici quantitas norabilius excedat. Cum de ejusmodi pane modo philosophandum sit, ut de vino albo, cui tintura rubra, in modica quantitate, admixta est. Neque vero dictus panis inde magis definit esse usualis, quā vinum taliter derubratum: tamet Lugo disp. 4. fecit 1. contra sentiat.
- Hac de pane dicta sufficiant, nisi quod adden- 48 da sit declaratio Concilii Florensis sess. 25. in quolibet pane tritico, sive azymo, sive in fermentato, corpus Christi veraciter conficeretur, in alterutro ipsam Domini corpus conficerere debere, unumquemque felicitate juxta Ecclesie iure, sive Occidentalis, sive Orientalis consuetudinem; ita felicitate, ut in Monasteriis, vel Ecclesiis que sunt Graecis in Ecclesiis Latinae destinatae, ubi fervatur ritus Graecorum, fervare debent Graeci usum fermentati (ait Sylvius q. 74. a. 4.) ut indicat Leo IX. epist. 1. c. 29. Et similiter Latinus usum azymi, in Ecclesiis, quae sibi suisque ritibus propriis habent in Gracia. Quia perinde est ac si singuli verarentur in sua Ecclesia. Vix potest Constitutio Pii V. qua incipit providentia Romani Pontificis, in qua revocat licentiam Graecorum, celebrandi in dictis Ecclesiis more Latino, & Latinorum celebrandi more Graeco.
- Latinus quoque iter agens per Graciā, aut 49 Grecus per Occidentem, potest, ubi nullum est scandali periculum, retinere suum ritum (inquit Sylvius loco citato) quamvis si conformaret se Ecclesiae in qua versatur, non esset accusandus: iuxta regulam Ambrosii, apud Augustinum epist. 118. Ad quam fortè Ecclesiam venierit, ejus modis serva, si cuiquam non vis esse scandalo, nec quemquam tibi.
- De vino, seu materia, ex qua conficitur san- 50 guis Domini, num. 36. dixi ex Florentino, Chritique infinitio & exemplo, de necessitate Sacramenti esse debere vinum de vite. Cujus hanc rationem S. Thomas a. 5. affert, quia ad materiam Sacramentorum affinitur id quod proprie & communiter habet talam speciem. Proprie autem vinum dicitur, quod de vite sumitur. Alii vero liquores vinum dicuntur secundum quendam similitudinem ad vitum vitis. Deinde vitum vitis magis competit ad effectum hujus Sacramenti, qui est spiritualis lenitudo: quia scriptum est, vi- nam lenitudo cor humanum.
- Proinde excludit agresta, sive omnipachum, & acetum. Agresta quidem, quia (ui S. Doctor ibidem ad 3. obliterat) est in via generationis, & ideo nondam habet speciem vini: acetum vero, quia vimum sit acetum per corruptionem. Unde non sit redditus ab acetum ab vino... Et ideo si est de pane totaliter corrupto non potest confici hoc Sacramentum; ita nec de acetum. Potest tamen confici de vino acecente, scilicet & de pane qui est in via ad corruptionem, licet peccet conficiens. Haecenius S. Thomas.
- De musto non est dubium validē confici Sa- 52

crumentum. Quia *mustum* jam habet speciem *vi-*  
*m* (prosequitur sanctus Doctor ibidem) nam *e-*  
*ius* dulcedo atque *flavescens*, quia est *completio*  
à *naturali calore*, ut dicitur in 4. Meteor. Et  
ideo de *musto* potest confici hoc *Sacramentum*....  
Prohibetur tamen, ne *mustum* *flavum* *expressum*  
de *uva*, in *calice* off. *aurum*: quia hoc est indecens,  
proper *imparitatem musti*. Potest tamen in *nece-*  
*sitate fieri*. Dicitur enim à *Julio Papa*: Si *nece-*  
*sitate* fuerit, *barus* in *calicem* *comprimatur*.

53 Id quod sanctus Doctor haud dubie intelligit de  
*musto expresso* ex *uvis* *maturis*, vel *terre* *maturis*,  
cap. cùm omne de *Consecr.* dist. 2. Quia si ex-  
*pressum* sit ex *uvis immaturis*, *agreata* est, non  
*vinum*. Si in *uvis*, licet *maturis*, adhuc *conten-*  
*tum*, non *habet rationem potis*, sed cibi. *Nam*  
*uva non est venum*, neque *potus* (inquit *Eustius* in  
4. dist. 8 & 9.) *negue potabile quiddam*. Unde  
non dicitur *bidi*, sed manducari.

54 Et quia liquores *maiorum granatorum*, *vel mo-*  
*rorum*, aut *huspum*, non dicuntur *proprie-*  
*rum*, *sed secundum similitudinem* (ait *S. Thomas*  
ad 1.) id est ex illis non potest confici *Eucaristia*.

55 Nec confici potest ex *vino aquilo*, quamlibet  
ex *vino* de *vite* *confecto*. Quia in aliam *substan-*  
*tiā* *translūsse* *concentetur*, nec *cenierur amplius vi-*  
*num*. Bonacina *dīp.* 4. q. 2. *puncto 2.* Centeo  
tamen cum *Elilio* *loco citato*, *Cornejo* *nostro*,  
*pluribusque aliis*, *Doctoribus apud Leandrum*  
*dīp.* 7. de *Euchar.* q. 36. & *Dianam* p. 11. tr.  
1. refol. 17. contra *Alanum*, *Armillam*, *Henri-*  
*quez*, *Anglez*, *Fernandez*, *Nugnum*, *Martinum*  
*Ledefnam*, *Leffum*, &c. confici posse ex *vino*  
*congelato*, saitem si *recens* si *congelato*, upo-  
te in *calice* paulo ante *consecrationem facta*. Ma-  
net enim tunc *talva tam virtus*, quam *species vi-*  
*ni*: cum per *congelationem* tam recentem non  
*corrumpatur* (ut constat ex eo quod Christi fan-  
guis in *calice* *confecrat* esse non *definit*, eo ipso  
qui post *consecrationem* *congelatur*) fitque per  
se *potabile*, tametsi hīc & nunc non proxime.  
Quod minimum requiriatur in *hoc Sacramento*, ut  
pote in *ufo* non *conficitur*.

56 Quia tamen *vinum* *congelatum* est *materia* alii-  
quo modo *controversia*, peccaret qui in eo *confe-*  
*crajet*, glacie non *loiuia*. Solvenda proinde *glaciis* est  
ante *consecrationem*, lincto utique, *vel* *panno* *caido* *calicem* *involvendo*, *vel* *calicem* (*dām* illud non *sufficeret*) *in aqua* *tervento* utique  
ad *glaciis* *solutionem* *immergendo*, tam *providē-*  
tamen, ut *aqua calicem* non *subirent*. Quod etiam  
fieri debet, si *calix* post *consecrationem* *con-*  
*geletur*. Sic enim rubrica *Missalis* haberit, de  
defect. circa *Miss.* occur. *Si in hyeme sanguis con-*  
*geletur in calice*, *involvatur calix pannis calfa-*  
*titis*. *Si id non proficeret*, *ponatur in ferventi aqua*  
*(dāmmodo calicem non intret)* donec liquefaciat.

## C A P U T VI.

*Vinum*, quod est *materia calicis*, aqua modica  
permixtum esse abebet de *necessitate praecepti*  
*Ecclesiastic*, non de *necessitate Sacramenti*,  
nec de *necessitate praecepti d.viii*.

57 **V**iso (ait *S. Thomas* a. 6.) quod offertur in  
*hoc Sacramento*, debet aqua *admisceri*. Pri-  
mo quidem propter *institutionem*. Probabiliter e-  
nim creditur, quid *Domini* *hoc Sacramentum*  
*instituerit in vino aquā permixto*, *secundum mo-*  
*rem illius terra*. Unde & *Prov.* 9. dicitur: *Bi-*  
*bile vinum*, quod miseri vobis. Secundū, quia hoc  
convenit *repräsentationi* *Dominicae Passionis*. *U-*  
*nde dicit Alexander Papa*: *NON DEBET IN CA-*  
*LICE DOMINI*, *AUT VINUM SOLUM*, *AUT AQUA*  
*SOLUM OFFERRI*, *SED UTRUMQUE PERMIXTUM*:

QUIA UTRUMQUE EX LATERE *EJUS* IN PASSO-  
NE SUA PROFLUXISSE LEGITUR. Tertiū, quia hoc  
convenit ad *significandum effectum* *hujus Sacra-*  
*menti*, qui est *unio populi Christiani ad Christum*.  
Quia, ut *Julius Papa* can. cùm omne crimen de  
*Consecrat.* dist. 2. dicit, *calix Dominicus*, *intra-*  
*Canonico praecpta*, *vino & aquā permixtus of-*  
*ferri* *debet*, quia videmus, *in aqua* *populum intel-*  
*ligi*, *in vino vero ostendit sanguinem Christi*. Ergo  
*popu-*  
*lus adunatur*. Quartū, quia hoc competit ad ult-  
imum effectum *hujus Sacramenti*, qui est introitus  
ad *vitam eternam*. Unde *Ambrosius* dicit in lib.  
*de Sacram.* *Redundans aqua in calicem*, *& salit in*  
*vitam eternam*.

Prima ratio S. *Doctoris*: *probabiliter creditar*, 58  
quid *Dominus* *hoc Sacramentum instituerit in vi-*  
*no aquā permixto*, *recipitur & approbat à Con-*  
*cilio Tridentino* *fess.* 22. c. 7. ubi *absolutè*, & si-  
ne addito *probabiliter* ita credi pronuntiat, di-  
cens, *præceptum esse ab Ecclesia Sacerdotibus*, *ut*  
*aguam vino in calice offiendo misceant*; *et quid*  
*Christum Domum ista scissi credatur*.

Nec tamen illico consequitur, id esse de ne-  
cessitate *Sacramenti*, *vel præcepti divini*: quia ei-  
tiam nos *Latinī credimus*, *Christum in azymo*  
*consecrare*. Non idem tamen creditur id esse  
de *necessitate Sacramenti*, nec de *necessitate præ-*  
*cepti divini*. Nec est in *Ecclesia Catholica* qui id  
aliceret. Quodque aqua mixtio non sit de *necessitate*  
*Sacramenti*, rubrica *Missalis* tit. de *defectu*  
*vini expressè declarat*, & *Floracium* infinitum,  
dum calicis materiam designando *vinum de vite*,  
non addit *aqua permixtum* (ne crederetur id esse  
de *necessitate Sacramenti*) *sed mutata expressio-*  
*nis formulā*, addit: *enī ante consecrationem aqua*  
*modicissima admiseri debet*, ut inde concluder-  
tur *soia necessitas præcepti*.

Quod præceptum tametsi *Valentinus* putet esse 60  
*divinum*: *communior & vera sententia* est non  
esse nisi *Ecclesiasticum*. Id enim significat *Julius*  
*Papa* *sopra*, cum ait: *Calix Dominicus JUXTA*  
*CANONUM PRÆCEPTA*, *vino & aquā permixtus of-*  
*ferri* *debet*. Significat & *Tridentinum* proxime  
relatum, aīcī, *præceptum esse ab ECCLESIA*  
*Sacerdotibus &c.* Cū enim aliqui *Julius Pa-*  
*pa* *folius canonici meminissent*, non divini? Cū  
*Tridentinum* *folium* *dixisset id ab ECCLESIA* esse  
*præceptum*: cū potius dicere debuerit *id præcep-*  
*tum esse a CHRISTO*, si à *Christo* *præceptum esse*  
*centūs*? Nec *Tridentinum* sic loqui solet, ubi  
*præceptum est divinum*, atque à *Christo* ipso  
conditum.

Accedit quid si *aqua mixtio* foret de jure di-  
vino, nulli omnino *Sacerdoti* licet unquam  
sive *vino & aqua* *consecrare*; nec *Ecclesia* posset  
id permittere. Atqui certum est *Armenos* sine *aqua*  
*consecrare* à *multis annis*... nec tamen eos videmus  
in *Concilio Florentino* ab *Ecclesia peccati ad-*  
*monitos*, *aut reprobatis*... quia mortaliiter pecca-  
tūt, *aut agerant contra ius divinum*, inquit *Ga-*  
*machaeus* hīc q. 74. a. 3.

Accedit item quid si *præceptum hoc* *est divi-*  
num, *via offendit posse aqua mixtione non esse*  
*de necessitate Sacramenti*, aīcī *Sylvius ibidem* a. 7.

At (inquis) *Christus*, posquam *consecravit* 63  
*in vino & aqua*, dixit: *Hoc facite in meam com-*  
*memorationem*.

At (inquam ego) hoc etiam dixit, posquam 64  
*consecravit* in *azymo*. Nec tamen iudeo concul-  
ditur *divinum præceptum consecrandi in azymo*.

Ex verbo proinde *Christi*: *Hoc facite*, &c. 10.  
Iūlūm concluditur *divinum præceptum* *conficiendi*  
*corpus & sanguinem Christi*, sive illud in *sacrifi-*  
*cium offerendi*, in *commemorationem crucis*

Potest tamen *Ecclesiasticum* illud *præceptum* 65